

**www.e-rara.ch**

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,  
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,  
Naturas planetarum**

**Indagine, Johannes ab**

**[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

[Widmungsbrief]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLUSTRISSIMO Principi ac domino, dño ALBERTO sanctę Romanę sedis tituli sancti Angeli Cardinali, sanctę Moguntinę sedis ac Magdeburgen. ecclesiarũ Archiepiscopo, sacri Romani Imperij Archicęllario, Principi Electori, Primati per Germaniã, Administratori Halberstaden. Marchioni Brandeburgen. Ste-titen. Pomeranię Casubiorũ, Sclauorumq; Duci, ac Rugiæ Principi, domino ac Principi suo summe colendo, IOANNES INDAGINE sacerdos, parochus in Steynheim se commen-dat ac dedit.

**A**POSTOLVS PAVLVS CAUSSAM SVAM ACTVRVS felicem existimat se, quod eum adeptus iudicem sit Agrippam hominẽ gnarum. Super omnibus inquit, de quibus accusor o rex Agrippa, existimo me beatum, qui causam dicturus sum apud te hodie. cũ maxime sis gnarus earũ que apud Iudeos sunt & consuetudinũ & questio-num. Ita ego nunc Princeps illustrissime, ornatissime p̄sul, multã mihi de te spem concepi, aduersus Astrologię contradictores, dicturus causam meã apud te, qui controuerſiam hanc non ignoras: atq; ea p̄ditus prudentia es, ut nullum genus disciplinarum nõ attigeris, talis, quo cum uel solo adseri fatum iure optimo potest. Tuũ erit uicissim p̄stare tam clementẽ te, ne spe mea defraudatus, illi tandẽ incipiãt uictores abire, & suã statuere theologiã iẽptissimã, quã scholasticã uocant. i. Thomisticã, uel Scotisticã. Id sic peropportune facies, si ita rem nostrã promoueris, ut quondã doctissimi Capnionis causam. Neq; negare obsequiũ poteris, modo eum uelis agere principem qualem natura te finxit pium, elementem, religiosum, doctum. Habet hoc natura tua, ut bene uelis doctis & eruditis omnibus: pessimẽ imperitis, aut qui optimas literas persequuntur. Id igitur age quod te decet, immo quod debes. Decet autem, ut fluctuantib. literis iudicio tuo adsis. Debẽs, ne ingratus uideare, atq; nõ acceptam Musis feras eruditionem illã eximiã, qua illud assequutus es, ut possis iam ipse docere, consultare, regnare. Cum enim multũ Christo debeas & fortunę plurimũ etiam literis & institutioni. Quod sic regnas, ut nemo sit hac etate qui palmam tibi anteferat. Vitę integritas, nullum pecunię studium, propositũ inculpatũ illud & sanctum, quod nihil expetis nisi quod bono & salutari Principi dignum est. Cui tandem debetur, nisi prudentię & optimę institutioni? Porro prudentia unde magis paratur q̄ a literis? Omnium uero maxime casus temporum p̄sentium indicat, qualem principem habeamus te. Facile est in rebus tranquillis principari: uerũ inter tumultus, seditiones, tempestates, pericula, cedes hic tandem perspici mores & ingenia principum possunt. Vetus prouerbiũ est, ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δεικνυσίη. Quot sunt qui rebus uacillantibus

crudelitate nimia sequuntur, & cum plurimum noceant, plus tamen uolunt nocere quā possunt, etiam deturbare de caelo Christum uolentes: quasi tale negotium Christi sit, quod armis, atque non potius prudentia tractari uelit. Tu contra, mansuetudine tua, qua praeditus es singulari, consilio tuo, quo neminem Principum non equas, sic dispensas omnia, ut inter tot quae relas, tot procerum dissidia, de te nemo nisi optime sentire, suggillare nemo, nisi aut iniuriosus, aut calumniator possit. Nosti enim quae in his Principem modestia deceat, quanta uigilantia, quantus zelus. Praeterea sic a natura formatus es, ut cum maxime uelis, non possis aberrare a chorda, nolens traheris, uolens duceris. Necdum Principem te agnoscebas, quando impubes, & candida illa indoles tua, dulcissimis praedictis clancularie haec praesagiebat, optimis instituta opinionibus, optimis de honesto decretis. Non poteras celare quod latebat: abhorrebas adulatorum laudes, deprecabaris pompas, super omnia uero bellum contentiones, odia, iram, & hominum: qui cum maxime Principes infestant, paucos habent non his implicitos & irretitos. Eadem obseruatione illud in te commendatur, quod praeter consuetudinem, praeter morem Principum, literatos colis, foues, complecteris, praemias, extollis: quacumque tandem disciplina eruditus quispiam sit. Iureconsultus aliquis est: habet apud te quod compensare actum studiorum laborem potest. Medicus est, uel Astrologus: ab archanis habet. Rhetor: prouintiam moderatur, aut linguarum, uel alterius disciplinae. Sic per te sustentatur, ne laboris sui poenitere eum merito possit. Ratio inquam haec est: quia nulla est disciplina, cuius non portionem aliquam tu attigeris. Sic ingenium nullum tam uarium, quod tibi non sit exploratum. In summa, sic omnino nihil, cui te scias non magnopere accommodare. Quis enim eius artis magister esse possit bonus quam ignorat, aut equus iudex eorum quae nescit. Ita nemo bonus Princeps, qui non multorum ingenia sua sciuerit industria contemperare. Ad institutum meum redeo. Cum passim multos uideam huic arti nostrae aduersari, plurimum mihi placeo, eum adeptum esse iudicem me, qui eius disciplinae iudicium aliquid habet. Sis licet tam multis ac uariis districtus. Adeo nulla est dies, qua non furtiuas horas suffuraris ad legendum aliquid. Quauis hac in re concedere non nihil oporteat Ioachimo tuo Germano, idem tamen Electori Principi digno, qui etiam imperio potitur Herculano athletae in modice, & ad tedium usque astrologiae, non tam emancipato quam absorpto. Sed tamen conatus ille in te uel solus laudem meretur. Maxima pars adimplendae disciplinae est, uelle esse disciplinatum: & in Principe satis est, quae alio auocant negotia: plusque etiam bestiale, cum non possis, etiam non uelle fieri meliorem. Sunt per quos orbi esse salus posset, sed non perinde sunt studiosi. Sunt qui disciplinarum studium habent, sed non perinde sunt potentes, ut uiribus, uel opibus possint quod uellent. Aliquoties mecum haesitavi, an a deo, an a fato tibi obtigerit fortuna haec. Factum ipsum mecum expendo. Nihil refert, si utrumque dixerimus, absque deo non est animus ille erga homines integer, & erga deum piissimus. Cor

Ioachimus  
Brandenburgensis  
Princeps  
Electo

em̄ principū in manu dei. Citra fatū fieri nō potest, ut uno anno, præter  
spem, præter conatū, citra omnē operā, sua sponte affluerint tres simul  
Archiepiscopatus opulentissimi, quorū uel unus Principē maximū face-  
ret. Nouissime Cardineū fastigium, quod oblatum etiam nō uolenti, uel  
poscenti fuit.

Hæc non quisquis uolet ire, feret.

Non omnibus profunt cantus, & dona Diones

Vel coma, uel species in puluere congreganti.

Quanti erant felicibus q̄q̄ auibus nati, & albę gallinę (quod aiunt) filij, q̄  
bus nihil contigit hm̄ōi. Sed facile est fortasse fatis obtemperare, q̄ etiā  
nolentes trahere dicunt. Hoc reliquū ac maximū est, ne felicitati nimīū te  
credas: ut scias illā, multis fidis manibus esse tuendā. Mobilia sunt quę  
fortuna ministrat, & uelociore cursu fugiunt q̄ ueniunt. Blanditias tibi  
locutus sum. Illud q̄q̄ ex me audias oportet. Interdū inter fortunam  
maximā & ultimā nihil interesse, atq̄ nihil esse nisi pestem fata, nisi eadē  
ad Christū retulerimus, sint licet fortunę dona. Qui tñ sortes temperat,  
quis alius est nisi DEVS? Barbari qdē Principes, q̄s nulla eruditio, nul-  
lus literarū cultus ibuerat, sic uisi sunt pare gloriā sibi, si q̄maxie essent  
crudeles. Cuiusmōi Seneca p̄censet q̄sdā, uolumie de ira. Tu hoc nomie  
splendidissimū te efficies, si q̄maxie pendeas ex deo, & aliorū impetum  
tua uiceris lenitate. Perierūt oīa, ubi quantū suadet adfectus, tantū p̄mit-  
tunt fortuna & fatum. Nec diu pōt q̄ multorū malo exerceat potentia, sta-  
re. Nō eadē ratio est, q̄rū uirtutes ut appareāt diu luctant, & uitia tene-  
bras hñt. Tua dicta, factaq̄ rumor excipit. Aberrare a fortuna tua nō po-  
tes: & q̄cūq̄ deflectis, magno te apparatus sectat. Cū diuis illa tibi necessi-  
tas est, illos q̄q̄ ccelū alligatos tenet. Igit̄ sic moderanda fortuna illa est,  
ne nimia affluentia cristas tibi efferat: q̄ christiano Principi nullū fere po-  
test cōtingere aliud pestilentius malū. Eā sic ferre disces, si frequens in lris  
fueris. Literę sunt q̄ insolētes anios p̄moliūt. In primis ille q̄s nūc in ma-  
nib9 habem9, nō modicū momētū adferūt ad gubernādas hoīm mētes,  
& respub. ciuitatū. Quāq̄ & eas sic te tractare uelim, ut interim nihil p̄-  
termittas de seuerioribus. Seueriores sūt sacre, q̄rū fructus ī p̄mptu est,  
animus btūs ac sanctus. Astrologia ad hoc ualeat potissimū, ut sciam9 qui-  
bus auspicijs, quib9 p̄sidijs, dextro ne, an amico Hercule demū res n̄ras  
sic frugi & optie instituamus, ne inpingamus, ueluti de cura cuticulę, de  
bellis & acieb, instituendis, de itinerib9, copijs, seruorū uel amicorū for-  
tuna. Quęque sua tempora & obseruantias hñt. Herculi propterea felix  
citer nō cessisse suos labores aiunt, qd non in tempore bono natus sit.  
Pulcre hoc poetę habent, Vergilius in primis.

Ipsa dies (inquit) alios, alio dedit ordine Luna felices operum. Quintā  
fuge. Septima post decimā felix, & ponere uites, Et prehenfos domitare  
boues, & licia tele Addere. Nona fuge melior, contraria furtis.  
Omniū uero elegātissime Hesiodus in libro cui9 titulus. Opera & dies.

Hom. iij.  
Iliad.

Fructus  
Astro-  
logie.

Ab Ioue natę omnes.

Prima dies sacra est, & quarta & septima, Prima natus Apollo, radian-  
tia lumina fudit. Luce domum quarta felix ducenda sit uxor. Omne ca-  
ptato, sunt omnia p̄spera rebus, Et licet incuruam trabibus componere  
nauium. Et quintas fuge. namq; illarum pallidus Orcus, Tum dirę Eume-  
nidum facies, toto orbe uagantes, Castigant si qua in terra periuria fal-  
sum adfirmant. Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortū, Lęta uiris,  
multiq; etiam nascuntur in illa, Hac ouibus foetum licitū castrare, uel hęc  
dos. Scindimus octauo forti genitalia tauro, Castramusq; sues, felix est  
ponere plantas. Nona uiros gignit, uel amica sorte puellas. Luce uiris  
decima, faustos quoq; credimus ortus. Vna post decimam felix incidere  
uites, Et tempestiuā segeti supponere falcem. Tertia post decimam plan-  
taribus optima surgit, Spargere semen humi. Quartaq; post decimam  
mulieribus prospera natu. Et rursus de naturis planetarum Vergilius.  
Ad hęc ut certis possimus noscere signis Aestusq; pluiasq; & agentes  
frigora uentos, Ipse pater statuit, qd menstrua Luna moneret, Sol q; &  
exoriens, & cū se condet in undas Signa dabit. Solem certissima signa se-  
quentē, Solē q; dicere falsum Audiet? Me etiā cęcos instare tumultus  
Sepe mouet, fraudēq; & apra tumescere bella. Felix qui potuit rerū co-  
gnoscere causas, Atq; metus oīs, & inexorabile fatū Subiecit pedibus.  
Nō fert epistolaris breuitas, q̄ cōgerere ī Astrologię laudē e poetis & hi-  
storicis possem. Quid aut felicius, q̄ ijs occupare se, ijs intentū esse, hęc  
scrutari? Ediuerso, q̄ homo miserrimus est, q̄ in hęc nō rapit. Nō uideo  
quid a brutis etiā differat, animus philosophia mīme istructus. Qui phi-  
losophiā habet, in sydera diuitū pauimenta ridet, & totā cū auro suo ter-  
rā. Iam itaq; si me appelles illustriss. Princeps, cur hęc uolumina tibi &  
bibliothecę tuę cōciliari uoluerim. Hęc causa fuit in primis: qd scia di-  
gna est Astrologia, q̄ multis noībus cōmendet. Deinde, qa Princeps es  
maximus, & idē doctus, ipse operi splendorē indas tuū. Siquidē bona nō  
nisi p̄ optia approbari dnt, & rebus natura pulcris, honestus q; titulo est  
p̄ferendus. Postremo, ut cum uiderint inscriptum nomini tuo magnifico  
opus, canes illi Astrologię calumniatores atq; perinde etiam studio-  
sum arti, desinant aut latrare, aut certe agere modestis. Quod si palatum  
hęc tuū delectarēt, q̄ nūc frigidius uel oscitantē fortasse delibauimus, cu-  
rauius cōsummata depromere. Vtcūq; tñ manca sunt, & plures q̄ attige-  
rūt: nō dubito tñ, quin id p̄stiterimus, q̄ & nostra diligētia ibi p̄spici qat-  
ne dicā fortasse aut incognitū, aut nō manifestatū prius. Vtcūq; tñ ceci-  
derit, labor nomini tuo aliquid laudis afferet. Nā siue p̄ciū opere erit,  
tua gloria est, qui hūc mihi exp̄fferis fructū: siue aut magnū estimabitur  
opus ipm, tu tamē laudibus uenis, qui etiā imbecilles conari feceris. Va-  
le, famę merito pars maxia nostrę, Mecenas, Episcoporū columē. Princi-  
pum decus, Germanię ornamentū. Datū oppido tuo Steynheim kalēn.  
Iunij. Anno a Christo incarnato sesquimillesimo uicesimo secundo.